Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

de tribu aser. Hec pcesserat & uixerat cum uiro suo
diebus multis. annis septem a uirginitate sua. & hec
uidua usq; ad annos octaginta quatuor que non
discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus
seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora supue
niens confitebatur dno. & loquebatur de illo om
nibus qui expectabant redemptionem israel. Et ut p
fecerunt omia secdm legem moysi. reuersi sunt
in galilea in ciuitatem suam nazaret. Puer autem
crescebat & confortabatur. plenus sapientia. Et
gratia dei erat in illo. Omel origenis.

Fastigium & ut ita dicam culmen supi hujusque ue
tabantur de ihu. & pater & mater illius mirabantur
sermo symeonis fuit. Non enim sufficit ei tenere
parvulum. & ea que de semetipso fuerat ploquutus;
benedixit patri illius & matri & de ipso quoq; p
phetauit infante dicens. Ecce positus est hic in
ruinam multorum & cetera. R. Ecce agnus dei. Hoc est
Quid sibi uult hoc quod ait. ecce positus
est hic in ruinam & resurrectionem multorum
israel? Huic qd simile in euangelio secdm iohem
scriptum reperi. In iudicium ego in mundum uenio
ut qui non uident uideant. & qui uident ce
ci fiant. R. Nescienes mat. Quomodo ergo in
iudicium uenit? Ut non uidentes de natio
nibus uiderent. & qui prius uidebant de israel
cecifierent. Sic uenit in ruinam & resurrecti
onem multorum. In aduentu enim dni saluato
ris qui prius steterant corruerunt. & qui
ceciderant surrexerunt. R. Confirmatum est